



**Directo-||rvm Exercitio-||rvm Spriritva-||livm P. N.|| Ignatii**

**Acquaviva, Claudio**

**Ingolstadii, 1592**

**VD16 A 125**

Capvt XIII. De secunda hebdomada, & primo de fine, qui in ea  
prætenditur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60966](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60966)

disponendus, vt ad eam accedat cum  
reuerentia, & fide, & gustu, & ob eam  
causam danda est ei aliqua meditatio  
ad hoc apta.

*De secunda hebdomada, & primo de fine  
qui in ea prætenditur.*

CAPVT XIII.

**F**INIS ET SCOPVS, qui exercitiis o-  
mnib. primæ hebdomadæ præfixus  
est, hic præcipuè est, cognoscere q̄ erra-  
uimus ab ea via, quæ nos ducere debe-  
bat ad vltimū illum finem, cuius causa  
creati sumus, & consequenter dolere de  
tali, & tanto errore, & concipere inten-  
sum desiderium redeundi in illam viā,  
& in ea semper perseuerandi. In hac au-  
tem secunda hebdomada finis est, pro-  
ponere sibi Christum dominum, ac Sal-  
uatorē nostrum, vt veram viam, iuxta  
illud, quod ipse dixit: Ego sum via, veri-  
tas & vita, &, Nemo venit ad Patrem nisi  
per me. Ipse enim est exemplar à Patre  
hominibus propositum, cuius imitatio-  
ne emēdemus, & componamus mores  
nostros corruptos, & dirigamus pedes  
nostros in viam pacis. Quare cum Chri-  
sti

•sti vita sit perfectissima, & ipsa idea virtutis & sanctitatis, sequitur, vt quo vita nostra proprius ad eam imitatione accesserit, ipsa quoque perfectior sit, immo & proprius accedat ad ultimum finem suum, ideoq; eo etiam felicior sit. Propter hanc causam hęc secunda hebdomada respondet viæ illuminatiæ, quia Christus est sol iustitiae, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & ad hoc venit, vt illuminaret sedentes in tenebris & umbra mortis. Et quoniam peccata, & prauæ affectiones obtenebrant animam, eamque impediunt, & retrahunt à Christi imitatione, ideo hęc prius eradicanda ex corde erant primis illis exercitiis, & meditationibus.

DISPOSITIO, QVAM P. N. Ignatius requirebat in iis, qui facturi essent exercitia huius hebdomadæ, est, vt ostendat feruorem, ac desiderium progrediendi ulterius ad deliberandum de statu vite. Quare qui hoc nollet, vel tepide vellet, etiam si cuperet progredi in meditationibus, melius esset eum differre ad unum aut alterum mensem. Hoc enim

D 4 nego-

negotium eiusmodi est, vt nisi cum feruore spiritus suscipiatur, non possit habere bonum successum. requirit enim magnum, & fortem, & constantem animum, qui ex augmento deuotionis proueniat. Verum est, quod si quis esset, à quo nihil magnum sperari posset, quia non esset admodum capax, vel impeditus esset statu matrimonij, posset pro eius captu, aliquid addi de sequentibus hebdomadis, vt dirigatur in statu, in quo est, ad bene viuendum in eo. Ceteros autem melius est relinquere cum fame, vt sciant adhuc sibi restare aliquid quod faciant. Contingit enim sape, vt hac dilatione experientia ipsa apertius eis detegat suas necessitates & infirmitates; quod facit, vt deinde ardentiores & magis dispositi redeant.

*De exercitiis secundæ hebdomadæ.***CAPVT X I I I I.**

**P**RIMVM EXERCITIVM in hac secunda hebdomada, est de Regno Christi, quod tamen non computatur inter meditationes, quia prima est de incar-